



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. Qui, & ad quos Mittendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

## SECTIO II.

*Qui, & ad quos mittendi.*

I. Ceterum Præpositus Generalis, & Deus præ oculis  
 quicumque ab eo hanc mittendi in decernenda  
 facultatem habuerit, diligenter in hujus- Missione.  
 modi Missionibus curet; ut, quod ad majus  
 Dei obsequium, & universale bonum fa-  
 cit, statuatur. Et si rei difficultas id poscit,  
 præmissis suis, & suorum orationibus, &  
 sacrificiis, & consultatione cum aliquo, i P. 7. c. 2. §.  
 vel pluribus ex Societate: quod maximè 1. & C. D. &  
 servandum est, si ob urgentiorem necessi- P. 9. c. 3. §. 9.  
 tatem Missio inter Infideles instituenda & F. & R.  
 est. i Prov. 109.

2. Ad eligendos autem populos, præ Ad quos potissi-  
 oculis habenda sunt aliqua; & ceteris pari- mum Missio in-  
 bus anteferendi, qui aut magis indigent, aut stituenda.  
 spondent majorem fructum spiritualem,  
 aut melius de nobis sunt meriti, aut quo-  
 rum pietas latius promanare potest; ut sunt  
 Urbes primariæ; & in eis Principes, viri  
 docti &c. aut ubi, propter malevolorum  
 sermones, alienati à Societate aliqui, ei vi-  
 derentur reconciliandi. l P. 7. c. 2. §.  
 1. & D.

3. In determinandis verò personis, quas Qui ad quasq;  
 mittere oporteat, attendenda hæc sunt. I. Missiones opti-  
 Ad mi.

Ad res graviores, & in quibus plus refert non errare, aptissimi, & quibus maxime fiditur, feligendi. 2. Ubi magni subeundi labores corporis, robustissimi. 3. Ubi pericula spiritualia, in virtute probatissimi. 4. Ad agendum cum prudentibus, & primariis Viris, conveniunt, qui conversandi cum hominibus gratiam habent, cum exteriori specie (modò, quæ interiora sunt, non desint) quæ ad auctoritatem conferat.

m P. 7. c. 2. F.  
& R. Prov.  
109.

*Quomodo in-  
vicem associan-  
di.*

n P. 7. c. 2. F.

*Cui parere de-  
beant, & quo-  
modo dirigendi.*

5. Ingeniosis, & literatis ii magis quadrant, qui in ingenio itidem, ut plurimum, aptiores erunt, qui talento Prædicationis, & audiendarum Confessionum pollent.

4. Quod ad numerum attinet, & combinationem hujusmodi Operariorum, sua etiam consideratio adhibenda. 1. Conveniret non mitti unum, sed saltem duos. 2. Plures etiam mitti possent, cum suppetet copia hominum; & numero messis responderet. 3. Concionator adjungendus Confessarius, inexpertus exercitato, circumspectus animoso; ita ut diversitas utrumque juvet, non discordiam generet.

5. Qui primo loco in Patentibus nominabitur, Superior erit Missionis; alter Admonitor: & si Provinciali videbitur, omnes subjiciantur Superiori vicinioris do-

domus, o cui Superiori etiam jure Societatis communi subduntur. p Quod ad modum mittendi spectat, Provincialis det operam; ut pedestri itinere proficiscantur, habita ratione solius necessitatis in equitando. Præter patentes literas, videat an aliâ epistolâ dirigendi sint ad loci Præsides. q Instructionem etiam ordinariè mittendis dabit rerum gerendarum, plerùmque in scriptis. r

SECTIO III.

Quid præstare Mittendi debeant.

EX parte verò eorum, qui mittuntur, non pauca servanda sunt; seu considerentur quæ ad ipsorum animos, & cultum corporis spectant; seu quæ ad Proximorum utilitatem referuntur.

I. Ipsi, nulla ratione, se ingerent ad eundem, vel manendum, in hoc loco potiùs, quàm in illo; sed plenam, ac omninò liberam sui dispositionem Superiori relinquent; postquam ei suæ conscientiæ plenam rationem reddiderint, ut meliùs in Missionibus dirigi possint. s Hinc plañum fit prohiberi; ne quis magnæ auctoritatis intercessionem adhibeat, ad aliquem de

o In. 12. §. 15.  
& R. Prov.  
109.  
p C. 11. D. 32.  
& P. 7. c. 3. A.  
q P. 7. c. 2. §.  
1. G. L. M. &  
C. 3. D. 37. &  
R. Prov. 115.  
& R. Miss. 4. 5.  
& In 12. §. 15.  
r P. 7. c. 2. §.  
2. & L. & N.  
& c. 1. §. 5. &  
F. & G.

Indifferentia  
Mittendorum.

s P. 7. c. 2. §. 1.  
& c. 3. §. 1. &  
Ex. c. 4. §. 35.  
& R. Miss. 2. 3.